



**De Prima Scribendi Origine Et Vniversa Rei Literariæ  
Antiqvitate**

**Hugo, Hermann**

**Antverpiæ, 1617**

Cap. XX. De notis pecudum. Quid signare? Signum ingenuum apud  
Ausonium. Equi σαμόροι, non à literâ Σ iniustâ, sed ab episemo [...] Σάν  
Πι. Κοπατίαι, ab inusto Κορθε seu Κορρα, non à Κάππα. Ferrum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71265](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71265)



148 DE PRIMA SCRIBENDI ORIG.  
factam in strias infundunt, dum pingunt; aucto-  
ribus Plinio lib. xxxv. cap. xi. & Varrone li-  
bro 111. De re Rusticâ, cap. xvii. & Ouidio  
111. Fastorum:

*Quiq; moues calum, tabulasq; coloribus vris.*  
1v. Fastorum:

— & picta coloribus vslis

*Celestem matrem concaua puppis habet.*

Anacreonte item:

*Si fert & ipsa cera,*

*Vnguenta pinget olentes.*

vnde hoc artificium *υνοχηφιαυ* appellat Callixen.  
apud Athenæum lib. v. & Turneb. lib. viii. ca-  
pite ix. *Cauteria*, inquit, sunt, quibus pictores olim  
ceris pingentes, picturam tabularum inurebant. vide  
eundem lib. xxiv. cap. xvii. lib. xxix. cap. xiii.  
& Isidorum lib. xx. cap. vltimo; qui characterem  
coloratum vocat, stylum ipsum vstorium. Mo-  
net autem Raderus noster in Martial. lib. iv. Epi-  
gram. xxxvi. hoc picturæ genus in nauibus, *nec*  
*sole, nec sale, nec vento corrumpi.*

## CAPVT XX.

### *De notis pecudum.*

**V**T hominibus ad pœnam aut notitiam, ita  
etiam pecudibus ad internoscendum eas  
inscriptæ notæ.

*Signare*, ait Festus, significat, etiam pecora signis no-  
tare. alibi: *Dignorant*, signa imponunt, vt fieri solet in  
pecoribus. vbi sic Scaliger: *Glossarium*, dicor at, *δια-*  
*γνωσκει*; lege dicor at. Ita etiam Næuius apud Pri-  
scianum lib. vii.

*Signare oportet frontem caldâ forcipe.*

Cal-



Calpurnius in Bucolicis:

*Impressurus oui tua nomina. ———*

Virgilius I. Georgic.

*Aut pecori signum, aut numeros impressit aceruis.*

& III. Georgic.

*Continuoq; notas & nomina gentis inurunt.*

Anacreon:

*Equi solent iniustum*

*Coxis habere signum.*

Meminit eiusdem ritus ex Ariano Titius lib. VII. loc. cap. x x. docens, *Sibas Indorum gentem consueuisse bubus clauæ notam inurere, in Herculis memoriam, qui illuc penetrauit. & huc spectauit Aufonius in Alexandria, vt notat Scaliger:*

———— *illa Seleucum*

*Nuncupat, ingenuum cuius fuit amphora signum,*

*Qualis iniusta solet generis nota certa. —*

vbi ingenuum signum (quod est à naturâ scilicet inditum) opponit signo iniusto.

Suidas, prope Phasidem, narrat equis solitam inuri Phasianam auem: & Sisyphum quemdam solitum vngulis suorum animalium, singulas literas inscribere. Athenæus item libro XI. ex Aristophane in Nubibus scribit equos, quibus Σ inscriptum erat, vocatos *σαμφοβας*: sicut & ab eodem equi vocantur *κοππαται*, quibus *κόππα* seu *καππα* inurebatur; vt referunt Cælius & Stephanus ex Eustathio & Hesychio. Sed hunc vtrumque & illos item falli, verè ostendit Scaliger in Notis Eusebianis, ex Alphabeto Ionico vetere, & Phænicio: vbi post literam Π, hæ notæ, non literæ, *Ϝ* *Λ*: *ὄπισσιμον σάνπι*, vel *Σάν Πι*, vel *ἀνπισίμα Πι*; vel *ὄπισσιμον ἐννεακόσια*. Hæc enim

K 3

nota,



nota, Θ, nongenta significat; à quâ equi quibus ea iniusta, vocantur σαμπόραι ἢ σαμφόραι, vel σαπφόραι, quemadmodum & κοππατίαι, quibus Kophe seu Koppa iniustum; non autem χαππατίαι: κόππα enim & κάππα valdè distant.

Instrumentum quo notæ hæc imprimebantur, Cælius ait vocatum esse τρυσίππον, vel ἵππου τροχόν, quod erat velut rotula, quæ candens malis equorum inurebatur. Isidorus lib. xx. ultimo capite vocat χαρκατῆρα, & ferrum coloratum, quo pecudibus notæ inuruntur. Sed & victimæ immolandæ cultro notabantur in fronte, vt Scaliger scribit epist. postumâ ad Puteanum; vnde Herodotus & Diodorus ἀσφράγισαν vocant victimam, cuius frons nondum cultro signata est.

## CAPVT XXI.

*De notis Iureconsultorum.*

SCRIPSIT de hoc argumento libellum integrum Magno ad Carolum Regem, his versibus dedicatum:

*Hæc Iuris ἀμείβια lubens Rex accipe Carle,*

*Offert deuotus quæ tibi Magno tuus.*

Non est instituti mei huc adferre earum exempla; qui volet, ad libellum illum adeat, quem simul cum veteribus Grammaticis excusum nuper vno Tomo ediderunt quidam de literis benemeriti. Illud tantùm moneo, bono fuisse sine eas notas inuentas, sed in Iurisprudentiæ libris longè perniciosius quàm in vllis aliis disciplinis vsurpatas, quorundam Leguleiorum fraude rem optimam pessimè auertente. Tot enim, temporis successu,

ex